



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

219. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Eccl. Afric. c. 32.  
Iesu Ambian. c. 6.  
Burchard. lib. 3. c. 120.

teri, Diaconi, vel quicunque Clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore episcopatus vel clericatus sui agros vel quæcunque prædia suo nomini comparant, tanquam rerum dominicarum invasionis crimine teneantur, nisi admoniti in Ecclesia eadem ipsa contulerint.

De eadem re. *Ex Capitularium libro 1. cap. C L.*

Lib. 1. Capi-  
tular. c. 156.  
Burchard. lib.  
3. c. 121.

**C C X V I I I.** Unusquisque Presbyter res quas post diem consecrationis adquisiverit, propriæ Ecclesiæ relinquat.

De eadem re. *Ex Concilio Remensi.*

Hincmari Ca-  
pitul. tit. 2.  
c. 18.  
Burchard. lib.  
3. c. 118.

**C C X I X.** Investigandum est si nihil patrimonij habens Presbyter quando proventus est ad ordinem ecclesiasticum, postea emerit prædia, cuius juris sint, quoniam Ecclesiæ ad quam de nihil habente promotus est esse debent juxta canonicam auctoritatem.

*Ex Concilio Arausiano, cap. L I V.*

Conc. Agath. c. 54.  
Burchard. lib.  
3. c. 119.

Presbyter, cum diocesim tenet, de his quæ emerit ad Ecclesiæ nomen scripturam faciat, aut ab ejus quam tenet Ecclesiæ ordinatione discedat. [ *Caput istud non extat in codice M S.* ]

De redditibus vel oblationibus Ecclesiæ.

Hincmari Ca-  
pitula tit. 2.  
c. 19.

**C C X X.** Inquirendum est si occasione hujus præcedentis capituli aliquis Presbyterorum de redditibus Ecclesiæ vel oblationibus a votis fidelium alio nomine res comparaverit,